



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Antonii Sanderi Presbyteri, S. Th. Licentiati Hagiologivm  
Flandriae Sive De Sanctis eius Prouinciae Liber vnus**

**Sanderus, Antoine**

**Antverpiae, 1625**

Ioannes Agnvs. Gandaui.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10172**

in Flandria cum parte dotis Episcopalis, ac prouentuum Ecclesiasticorum, sunt traslata: vbi' hodieque communiferetro in lusa adseruantur. Ita Miræus in Fastis. Vide & eadem die Molanum, & Meyerum ad annum Christi 868.

JOANNES AGNVS.  
*Gandavi.*

**D**ominicus Gandensis cum ob grauissimam tem- 1. Aug.  
pestatem nemo ex nautis se mari committere aude-  
ret, Deo cui mare & venti obediunt cum fiducia inuoca-  
to vestem suam superiorem quam cappam vocant super  
aquas extendit & signo crucis communitus, veluti super  
solidam terram stetit perque medios fluctus vnâ cum so-  
cio suo ex Flandria traiecit in Zutbeuelandiam Insulam  
ad pagum Elfdyck Gouzæ opido vicinum. Similia legun-  
tur de S. Mauro D. Benedicti discipulo, & de SS. Hya-  
cintho & Raimundo Dominicanis. De alijs insuper l. 2.  
apum cap. 29. Cantipratanus agit. Fuit autem Ioannes  
Agnus, vir omni, vt ait Choquetius virtutum laude ex-  
cellens, qui que vitæ innocentiam morumque puritatem  
ita coluit, vt reipsa sanè nominis sui vim & significatio-  
nem magno pietatis studio rectè sit interpretatus & il-  
lum ipsum agnum scelerum expiatorem ob oculos men-  
temque assidue habuerit, quem beatissimus Baptista &  
venturum nunciauit & adesse monstrauit: raram eius in  
Deum confidentiam incredibilem prædicandi Euangelij  
ac fidelium salutis promouendæ affectum, summamq; ad  
superiorem iussa capessenda animi promptitudinem do-  
cent ea quæ ex monumentis Cœnobij Gandensis ad me  
missa sunt. Ita Choquetius. Obiit vero Ioannes 1313: mi-  
raculis in vita & post eam clarus.

Q 2

IOAN-

